

1793 d. m. | Galeriae Claudiae | quae vix. aq. XVII | p. m.¹, | Galerius | Anthophorus | Aug.² lib., adiutor | a lagona, lib.³ et | coniugi b. m., et sibi | posterisque suis.

Romae (VI 8866 vidit Bormann). — 1) *Plus minus.* — 2) *Augustae, scilicet Faustinae senioris.* — 3) *Libertae.*

1794 d. [m.] | Erasinus Caes. | n. ser. adiutor a | vinis, Claudiae | Phiale coiugi su|ae benemerenti | fecit.

Romae (VI 5062, 9092 vidit Henzen).

1795 Genio | Coeti Herodian.¹ | praegustator. | divii (*sic*) Augusti, | idem postea vilicus in | hortis Sallustianis, | decessit non. Augustis | M. Cocceio Nerva | C. Vibio Rufino | cos.², | Iulia Prima patrono suo.

Romae (VI 9005 aliquoties descripta saec. XV/XVI). — 1) *Coetus hic Herodis alicuius vel servus fuit antea quam Augusti esset, aut alumnus.* — 2) *Consules hi fasces ceperunt non multum ante p. Ch. 43 kalendis Iulii (cf. Mo. Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschr. 7, 1888 p. 58).*

1796 dis manibus | Ti. Claudi Aug. lib. | Zosimi procurat. | praegustatorum, | Claudia Entole coniunx | viro benemerenti | et Claudia Eustachys filia | patri pientissimo.

Romae, nunc Florentiae (VI 9005 vidit Henzen).

1797 dis manibus | Chrysaori Aug. lib. praegustatori, | benemerenti, | collegium | praegustatorum | fecit; curavit | Eridanus Aug. lib. | procurator.

Romae (VI 9004 vidit de Rossi).

1798 T. Aelius Aug. lib. Primitivus | archimagirus et | Aelia Aug. lib. Tyche coniunx | fecerunt sibi et suis, lib. libertabusq.¹ | posterisque eorum. | Custodia monimenti inhabitandi ne quis interdicere vellit. Quod si nemo de hac memoria nostra | extiterit, pertinere debet ad collegium cocorum | Aug. n., quod consistit in Palatio. Quod neque donari | neque veniri (*sic*) promittimus. Quodsi quis contra | legem s. s. fecerit, dare debet corpori, qui sunt | in hac stationem, **HS** L. m. n.²

Romae rep. extra portam Appiam, nunc in museo Vaticano (VI 7438 vidit Henzen). Similis est titulus alter eiusdem Primitivi archimagiri, item repertus extra portam Appiam, nunc in aedibus Lateranensibus (VI 8750). — 1) *In titulo VI 8750 pro his verbis (inde a Aelia Aug. lib. Tyche) erasis substituta sunt haec: fecit Aelia Tyche et sibi et Aeliae Tyrannidi coniugi et libertis libertabusq. meis vel Aeliae Tyrannidis.* — 2) *In titulo VI 8750 clausula haec ita legitur: si adversus ea quis fecerit, poenae nomine feret arcae cocorum **HS** L. m. n., ate (*sic*) ex usuris eorum celebretur suo quoq. anno.*

1799 Zethus Marcellae | minoris¹ cocus.

Romae (VI 8753 vidit Henzen). — 1) *Est altera filiarum Octaviae et C. Claudii Marcelli, de quibus cf. C. VI p. 909.*